cur tam facilis est plurimorum cre
dulitas Multi enim facilime
credunt etiam si falsum sit quod
fieri cupiunt De quibus Se
neca in hercule furente Quod
fieri miseri volunt hoc fa
cile credunt Hy etenim laudandi
non sunt quia eorum stulticia
credulitatem non gignit Sed nec
sunt commendabiles qui nulli
credere volunt nisi videant quod
audiunt Nam teste Seneca
epistola 3a ad lucillum Utrumque
est omnibus credere et nulli
Et quintilianus ca 17 ffacimus
est illud tamen credere quod est de
rebus humanis actum Pruden
tes tamen promptius bona quam
mala credere debent ymmo
quia auris ad omnia difficilis
esse debet ut in puerbiis sa
pientum dicitur Unde Ouidius
libro 7o de methamorphoseos ffa
cies etas quod ius videbat ad
ulterium credere prohibebat cre
dere in ore Que verba sonant
sepius diversa esse iudicia Ve
rum tamen bonis potius credendum
plurimi tamen potius malis quam bo
nis Unde Ouidius libro 2o de
fastis Sed nos invicem cre
dula turba sumus Ideo Ka
tho Nil temere credere Unde
prosper ex libro Epigramatum Non
pateant faciles levis rumori

bus aures Quod nescire iu
vat credere non libenter Nam
terior aure arbiter est oculus
Inquit Ganfredus in po
etria Sed illud Ouidij de
remedio libro primo verificatur
Dum sibi quisque placet cre
dula turba sumus Ideo Ouidius
libro quarto de arte amandi Non
cito credideris quantum cito credere
ledat Exemplum nobis non le
ve procris erit Et Oui
dius in epistolis Tarda solet
magnis rebus inesse fides
Quia igitur plurimorum stultorum
credulitas levis est ideo falsa
plurima pueris habent errores
quos gignunt et contenendis commul
gant a quibus discedere facile
non est si credulitatem cohibu
eris Unde Seneca libro 3o de be
neficijs Non est levitas a cog
nito et dampnato errore disce
dere nam superbe stulticia perseve
rancia est dicere quod inquit
semel dixi qualecumque sit proprium ra
tumque sit Tales enim suos ve
rentur revocare errores Non
est tamen turpe cum re mutare con
silium Unde Seneca ad lu
cillum epistola prima Ceci ducem
querunt nos autem sine duce er
ramus Et ideo difficulter ad sa
nitatem pervenimus quia nos egro
tare nescimus Hec enim omnia ma
la faciunt errores qui consueti

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0107
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg